PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 187r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

in utilis est. Quid autem multorum ac proborum amicitia sit
amici diffinitione ostendetur. Est igitur amicus qui que amico
bona fore putat ea propter ipsum agit amicus amici ergo multi
huiusmodi is multorum an ad hoc etiam viri probi is pro
borum amicus est. Secunda fortuna uero est cum omnia uel
plurima uel maxima bona eorum quorum ipsa fortuna causa
est forte euenianta atque pmaneant. Est autem fortuna causa
quorundam quorum etiam artes et multorum artificialium
que quamque a natura sint possent etiam preter naturam
esse ut sanitatis ars causa pulchritudinis ac proceritatis
natura et omnia ea bona sint a fortuna in quibus in uidia
est. Verum eorum quoque bonorum que preter rationem accidunt
fortuna causa est. ut si cum ceteri scatures de formes sint
solus formosus sit uel si cum ceteri theusarum non viderint
solus asperit. vel si cum proximis sagitta interierit is
ne tactus quidem sit. uel si solus non uenerit cum sem
per solutus. et qui non solebant semel tunc uenerunt et
ocisi sunt. Nam hec omnia fortunatorum esse uidentur. de
uirtute uero animi quoniam ad laudes is locus maxime
accomodatur cum de demonstratiuo dicemus tunc deter
minabimus ꝛc. Capitulum sextum de bono ac utili ꝛc.

De quibus igitur nobis uel ut futuris uel ut presen
tibus conueniendum est sive suadentibus sive dissua
dentibus. iam apparuit contraria omnis suadentibus
dissuadentes habent. Verum quoniam dicenti sententia finis
utilitatis propositus est nec de fine sed de his quæ ad finem sunt
consulit que sunt que in rebus gerendis conducant
quoniamque utile bonum est quasi elementa quedam de bono
ac utile simpliciter sumenda sunt. Sit ergo bonum quod
suipsum gratia est expetendum et id cuius gratia aliud
quidam appetimus et quod omnia appetunt uel que
sensum habent omnia uel que intellectum aut habent aut
si haberent. et quidquid intellectus vnicuique bonum est et id
tribueret et quidquid qui de singulis est intellectus tribuit id vnicuique